

22
7732

Q. D. B. E. I

THESES

E

DIVERSIS IVRIS CAPITIBVS
SELECTAS

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
CONSENSV

PRÆSIDE

D. GODOFREDO REINOLDO
KŒSELISIO

ANTEA IN ACADEM. VITEMB. TIT. π. DE VERB
SIGN. ET REG. IVR. PROF. PVBL

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SVBIICIT

GOTTLOB FRIDERICVS MAIVS
OSSITIO - MISNICVS

Ab Icc XXXII d. 28 Octobris

LIPSIAE
LITERIS ZVNKELI

1732, 16.

THESES
SERIECTAS
DIAFRASIUS IURIS CAPITIBVS
HESATIUS IEGORIAN GRDINIS
CONFERENS
PRAEFADE
D. EODORI HERMODO REINDO
RIGSTRIZIO
VNTA IN AGEDER ALTEMR. TIT. + DE ALBE
SION ET RSE. IAC. KROG. LAR.
PABLO FERNANDO VELAZQUEZ
SALVADOR
GOETIUS FRIDERICVS MATHIAS
OSVILIO MUNICIA
SP. P. V. T. X. X. C. S. C. O. M. A.
1582
T. 1582
T. 1582
T. 1582



Q. D. B. E. I

THES. I

Non tantum Iustitia *Externa*, sed etiam *Interna*, sive *Ethica*, uel *Moralis*, finis est
Iurisprudentiae.

II

Doctrina, de Iustitia *Vniuersali & Particulari*, eaque
Commutativa & Distributiva, Proportione item *Aritmetica & Geometrica*, plus difficultatis, quam utilitati
continet.

Ratio, Tota doctrina unica quæstione conficitur, An, in administranda
exercenda iustitia, iudex rationem aliquam possit habere persona
rum? Id quod regulariter negandum est. Exceptis commodis &
oneribus, inter ciues distribuendis, l. 4 C., de Dignit., itenque pe
nis arbitriis. Aequum enim in his est, ut personam spectet, & in
eodem criminis digniori multam, aut aliam coercionem impo
nat, pauperem vero, aut uiliorem, fustibus cædi, iubeat. Vid
l. 16, §. 3 ff., de Poen., l. 4, §. 1, ff., de Incend. ruin.

X 2

III

III.

Civitatibus ius statuta condendi, sine singulari priuilegio, competit.

Ratio Iur. Ciuitatis, Quia talia statuta non, tanquam leges, quibus superioris autoritate opus est, sed, tanquam pacta & conuentiones, valent. Atqui vero, pacisci omnibus priuatim, & sic multo magis unicuique Collegio & Vniuersitati, licet, l. 4 ff., de Collegiis.

Ratio Iur. Germ., Quia, Iure Germ., inter priuilegia omnium communia civitatum, quæ ius, eo ipso, quod ciuitates sunt, competit, illud quoque refertur, ut queant Willkür und Stadt-Recht sezen, h. e., statuta condere, etiam talia, quæ iuri communi contrariantur, modo honestatem non laedant.

IV

Statuta, ut delictum aliquod impune sit, momenti sunt nullius.

Ratio, Quia, pacta talia inire, ius commune uerat.

V

In praxi statuta municipalia antiqua, hodieque, sine confirmatione Principis, sustinentur, recentiora uero, contra ius commune concepta, solos consentientes ex pacto obligant, dissentientes uero & extraneum, non alter, quam, si Principis confirmatio accesserit.

VI

Iure nostro domestico contractus, inter patrem & filium familias initus, sine prævia formalis emancipacione, firmus ualidusque haberi debet, modo, si filius ejusmodi maiorenns sit, iudicialis autoritas interuenierit, sim-

impubes, uel minorenis sit, ad contrahendum tutor,
uel curator, a Magistratu minimum petitus & constitu-
tus fuerit.

Ratio, Quia Maiorum moribus emancipatio tacita, eaque universalis,
admittitur, eaque expressa Constitutione Elect. X, P. II, confirmata
legitur, ergo & particularis, que contrahendo fit, admittenda est.
Nam, quod conceditur in totum, illud multo magis in tantum con-
cedendum est. Prater ea ex contractu, dicto modo celebrato,
emancipatio, qua in Germania rarissime solenniter fit, optime pra-
sumitur. Quæ sententia non tantum a Ictis Vitemb. defenditur,
sed etiam in Sumimo Appellatiōnū Iudicio recepta probatur ex
sententia, in causa Pezoldin, contra Demichit, Termino Aestiuo,
M DCC XII, utpote, in qua duæ sententie Lipsienses, contra ulti-
ditatem contractus, & tres Vitembergenses, pro contractu, in actis
reperta fuerunt, ex quibus Vitembergensium opinionem S. P. S.
non tantum, tunc temporis, confirmauit, sed etiam postea, Con-
silio Aestiuo M DCCXX, & hiberno, M DCCXI, in causa Ben-
nemann, contra Bennemann, corroborauit.

VII

Dominus, ab eo, qui dolo possidere desit, rei æ-
stimationem, iureiurando in litem, consecutus, adhuc
reiuindicationem, contra tertium possessorem, institue-
re potest, l. 13, §. 14ff. de Heredit., Petit., l. 7 ff. de R. V., l.
95, §. 9 ff. de Solut.

Ratio dubitandi est, quod bona fides non patiatur, idem bis peti.

Ratio decidendi, quod reus, conuentus, hoc casu, æstimationem, tan-
quam poenam, præsteret, & hinc dici nequit, æstimationem ipsius
locum rei subire.

VIII

Remedium legis 2 C. de Annal. Except. actionem re-

X 3

scislo-

scissoriā, in casu, ubi præsens ab absente lēditur, non excludit.

Ratio, Quoniam Actio rescissoria remedio legis 2. longe est pitugior. Hoc enim usucaptionem saltum interrupit, illa uero eam, iam absolutam, rescindit.

X

Solis pactis Dominiā rerum, ne quidem Iure Naturali, transferuntur.

X

Ad transferendum in Saxonia Elect. dominium iudicialis resignatio, subsecuta iudicis inuestitura, & traditio extrajudicialis, coniunctim requiruntur. Dec. El. 61.

XI

Hinc, in casu, ubi quis duobus rem quandam imobilem uendidit, & priori eandem extrajudicialiter, posteriori uero iudicialiter, præcedente abdicatione, & subsecuta iudicis rei sitæ inuestitura, tradidit, prior emperor posteriori omnino præferendus est.

Ratio, Ille, Iure Comm., dominium verum, l. 32 ff. de Usufr. & quemadmodum, & §. 9 Inst., de Legat. Iure Sax. factum, siue b. f. possessionem consecutus est, ac remedii possessoris & petitoris, etiam contra posteriorem emptorem, defendere potest, hic uero non nisi personalem actionem, contra uendorum, ad interesse habet.

XII

Seruitus altius tollendi, & non altius tollendi, duæ seruitutum diuersæ realium sunt species.

Rati

Ratio; In illa id directo agimus, ut uelius altius tollere, uicinus uero non altius tollit per consequentiam. In hac uero id directo agimus, ut uicinus non debeat altius tollere, licet nec ego altius tollam.

XIII

Corpus pharmaceuticum, die Apotheker-Wahre, licet apotheca ipsa ad certam dormum esset destinata, excepto satisfactionis punto, O. R. Tit. 13, in fin., res mobilis est, &, per consequens, mortua uxore proprietaria, Iure Sax. El., non ad liberos eius, sed ad maritum, tanquam heredem mobiliarem, pertinet.

Ratio 1, Quia merces res mobiles appellantur, I. 66, de V. S.

Ratio 2, Quia idem, in Rescripto Elect. de Anno 1617, reperitur, ibi, Alle und iede Handels-Waaren sollen beweglich Gut seyn. Distentes refellit Nob. Dn. de Berger, ad O. Proc. p. 1569.

XIV

Conditio, ex l. 32 ff. de Reb. Cred., citra omnem necessitatem a Doctoribus introducta est.

Ratio, Quod habent iam actionem utilem de in rem uerso, cum qua conditio illa, ex l. 32, de Reb. credit, exactissime conuenit. Vide. 20ff., de in rem uers. & l. 7, §. 1 C., Quod cum eo, qui in al. potest. Entia uero & actiones, citra necessitatem, multiplicari non debent.

XV

Actio finium regundorum, familiae exercitandae, & communi diuidendo, sunt actiones mere personales. L. 1, Fin. regund., L. 1, §. 1 C., de annal, except., L. 3 C., in quib. caus. cess. long. temp. præscript.

Ratio 1, Quia ius in re & obligatio summa sunt actionum capita, sua que

que substantia ita inter se distincta, ut eadem uir eodemque effectu in unam specie actionem inservire minime possint.

Ratio 2, Quia in iudicis diuisoriis, quibus potissimum eiusmodi mixtura inesse creditur, præcipue agitur ad diuisiōnem rerum, l. 2, fam. ercise, quæ est ex quasi contractu.

Ratio 3, Quod mixtam formulam actionis, quæ utramque intentio-
nem complectitur, apud ueteres non inuenias.


XVI

Hereditatis Petitio est actio mere realis.

Probatur ex l. 25, §. 18, de Heredit. Petit. ibi, *et si in rem actio sit. Verbis autem, habet tamen, &c., remouetur obiectione, præstationes spe-ctans personales.*



72




Leipzig, Diss., 1732 A-K



f

sb.

KD 1P



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

Inches

22
1732, 16
Q. D. B. E. I
THESES
E
DIVERSIS IVRIS CAPITIBVS
SELECTAS
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
CONSENSV
PÆS IDE
D. GODOFREDO REINOLDO
KŒSELISIO
ANTEA IN ACADEM. VITEMB. TIT. π. DE VERB
SIGN. ET REG. IVR. PROF. PVBL
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SVBIICIT
GOTTLOB FRIDERICVS MAIVS
OSSITIO - MISNICVS
15 Lcc XXXII d. 28 Octobris
L IPSIÆ
LITERIS ZVN KELII